



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Fructus IX. Perfectionis assecutio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

reopagita) videlicet ad animarum salutem procurandam vocatus est

Nonus Fructus.

Perfectionis Assentio.

I. Nonus fructus, & primus ex ijs, qui ad viam uniti-
vam spectant, est Perfectionis assentio, seu, quod idem est,
perfecta cum DEO per amorem purissimum unio; ad quem
fructum obtineadum duo præcipue per quam efficacia &
aptissima media in his Exercitijs obtainentur. Quorum pri-
mum est clarissima Bonitatis, aliarumque perfectionum di-
vinarum, & præcipue amoris, quo DEVS homines prosequi-
tur, cognitio; quæ cognitio quantopere conducat ad mutu-
um amorem provocandum, patet ex ipso Beatorum in celis
existentium felicissimo Statu, qui ideo rapiuntur, & necessari-
tantur ad amandum perfectissimè DEVM, quia per visionem
beatificam clarissimè divinitatem illius & supremam boni-
tatem cognoscunt; unde S. Ignatius assidue cum suspirio ex-
clamare solebat ad DEVM: O utinam, mi DEVS, homines
te nōsset! non ignarus scilicet, quò perfectius ipsum homi-
nes cognituri & amorem illius perpensuri forent, eò vehe-
mentius quoque ad amorem illius incitatum iri. Maximè
si ipsius etiam amoris infiniti erga homines tot beneficijs &
operibus comprobati magnitudo perpendatur, tunc enim
vere erubescit homo, se tam parçè vices in amando repen-
disse, & in illa S. Bernardi verba erumpit: *Amat charitatem,*
amat immensitas, & nos vicem rependimus cum mensura?

II. Alterum medium est bonitatis & dulcedinis divinæ
degustatio, hic enim propriè dicitur ijs, qui Exercitia faci-
unt: *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Psal.*
33. Hic ipse DEVS de anima in hanc solitudinem se confe-
rente repetit verba illa per Ofcam c. 2. dicta: *Ducam eam*
in solitudinem, & luctabo eam (id est, dulcedinem meæ bo-
nitatis gustandam dabo) *& loquar ad cor eius.* Ut exclame-
mare cogatur & fateri cum Discipulis in Emmaus cunctibus:
Nōnne cor nostrum ardens erat, quando loquebatur nobis.
Luc. 24, aut cum S. Augustino l. 9. conf. c. 1. *O quam sua-
ve mihi subito factum est, carere suavitatis nugarum, &*
quas amittere metus fuit, jam dimittere gaudium erat;

D 5

eijcio-

58

De Utilitate Exercitiorum.

ejcicias enim eas à me veratu, & summa suavitatis; ejus fidem
basas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcor. Certe & Re
unquam alibi, in his Exercitijs verificatur illud commen
adagium: *Gustato Spiritu desipit omnis caro.* Unde anim
his deliciis inescata exclamat cum Apostolis: *Bonum est n*
hic esse. Matt. 17. aut cum Sponsa; *Sub arbore illius,* que
desideraveram, Sed, & fructus eius dulcis gutturi ma
Cant. 2. Item cum S. Bernardo in Jubilo: *Nec lingua pot*
dicere, nec litera exprimere, expertus potest credere, qu
sit DEVVM diligere.

Decimus Fructus.

*Dispositio optima ad mortem piè & feliciter
obeundam.*

I. Fructus hic tanto amplius jure merito & stimulando
magisque optandus est, quanto certius constat, totam homi
nis felicitatem vel miseriam eternam ab ultimo hoc articulo
pendere; nam, ut sapienter S. Augustinus ad Dicte. scri
psit, *in quo quemq[ue] invenerit suus novissimus dies, in h*
eum comprehendet mundi novissimus dies; quoniam qua
in isto die moritur, talis in die illo judicabitur.

II. Quia autopere vero conducant Exercitia Spiritualia
ad hunc fructum obtainendum, ex tribus praincipiis indicu
colligitur. 1. Ex ipsa Meditatione, quæ in prima hebdo
mada de Morte, ejusque circumstantiis proponitur; quæ qui
dem quam efficax sit ad dignam pro morte præparationem
suscipiendam, testatus est in primis S. Gregorius I. 12. mor
dicens: *Qui consideras, qualis erit in morte, semper par
sus erit in operatione, atque inde in oculis sui Conditor*
vivit. Nil, quod transeat, appetit: cunctis vita praesenti
desideritis contradicit, & pene se mortuum considerat, quia
mortuorum se minimè ignorat. Perfecta enim vita est mo
rta meditatio, quam, dum justi sollicitè peragunt, culparum
laqueos evadunt. Testatus est etiam Juvenis ille scelerat
tus, de quo Spec. Exempl. meminit, qui pro pœnitentia per
confessionem peractam iussus in lecto se componere, & con
stituta ad pedem lectuli effigie Crucifixi cum duobus cereis
imaginari, se jam morti vicinum esse, per brevem hanc co
siderat.